



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XXV. Idem asseritur ex Conciliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

poterat, nubere? Et si nec infamiam, nec leuitatem, nec impudicentiam esse volunt hoc tempore Monachis & Sanctimonialibus, post solenne votum continentig, ad Matrimonium transire; quomodo audent dicere, fuisse infame, ac turpe illis illis velle nubere, cum nullam haberent non nubendi obligationem?

## CAPVT XXV.

*Idem asseritur ex Conciliis.*

**N**UNC SECUNDO probanda est nostra sententia testimonio omnium Ecclesiarum, quod ex Conciliis antiquis facile haberi poterit. Iudicium Ecclesie Orientalis, patet ex Concilio ANCYRANO can. 18. *Quotquot Virginitatem pollicitam prauaricati professione contempta, inter digamos habeantur. Itē ex Concilio CHALCEDONENSI generali, can. 16. Virginem, qua se domino consecrauit, similiter & Monachum, non licere uxoria iura contrahere, quod si hoc inuēti fuerint perpetuo excommunicentur.*

Iudicium Ecclesie Africanæ, patet in Concilio CARTAGINENSI II L. cap. 33. vbi præcipitur, vt sacre Virgines in monasteriis diligentissimè custodiantur. Et in Concilio Cartaginensi IV. cap. vlt. vt supra citatum est.

Iudicium Ecclesie Hispanicæ, patet in Concilio TOLETANO IV. cap. 55. *Duo sunt genera Viduarum, seculares & sanctimoniales. Et paulò infra: Ea, si ad nuptias transierint, iuxta apostolum, non sine damnatione erūt, quia se primum Deo uentes, postea castitatis propositum abiecerunt.*

Iudicium Ecclesie Gallicæ, patet in Concilio TROYENSI II. cap. 16. ante annos mille celebrato: *Si qui in monasterio conuersi sunt, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec, quod absit, & illis eorum coniugem ducere. si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male sociata consortio etiam iudicis auxilio separetur; quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix Monachus rali coniunctione fœdatus, si per cuiuscunque patrocinium se conatus fuerit defensare, & is, qui in hac pertinacitate perdurat, & illi, qui eum exceperint defensandum, ab Ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indi-*

Etiam ab Abbate, quando praeceptum ei fuerit, agat penitentiam, & post satisfactionem reuertatur ad gratiam.

Iudicium Ecclesiae Germanicae, patet ex Concilio MOGUNTINENSI, tempore Arnulphi Imperatoris, cap. vltim. Quae propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter constringantur, aut domi manentes, castitatem suae professionis integerrime custodiant. Ibidem confirmatur decretum 13. Concilij Elibertini, & sextum Coloniensis Concilij, sub Carolo Crasso, in quibus statutum fuit, vt Virgines sacrae, si semel votum violauerint, pactumque virginitatis perdiderint, solum in fine vitae communionem percipiant: si autem libidini diu seruiert, ne in fine quidem eam accipiant. Multa item de vita Monachorum & Sanctimonialium habentur in Concilio Moguntino, sub Rabano.

Iudicium Ecclesiae Italicae, patet ex Concilio ROMANO sub Syluestro, can. 10. vbi prohibetur Episcopus benedicere virginem, quae nuptias aliquando expetiit, nisi diu fuerit eius pudicitia probata. Et ex Concilio FOROVLIENSI, tempore Caroli Magni: Item placuit de feminis cuiuscunque conditionis, puellis scilicet vel viduis, quae virginitatis, siue continentiae propositum spontanea pollicentes, Deo mancipata fuerint, & ob continentiae signum nigram vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, induta fuerint, licet non sint à Sacerdote sacratae, in hoc tamen proposito eas perpetim perseuerare mandamus. Si vero postea, siue clanculo, seu publice nupserint, dignis quidem mundano iudicio corporalibus coercita vindictis, segregentur ab inuicem, & agant cunctis diebus vita sua penitentiam, &c.

CAPVT XXVI.

Idem asseritur ex responsis Pontificum & Imperatorum.

**T**ERTIO, probanda est responsis aliquot veterum & sanctorum Pontificum. Ac PRIMVM CLEMENS lib. 3. constituit, Apostol. cap. 1. Quare, inquit, oportet non temere facere professionem, sed